

mine Beatissimi GVILIELMI, Ducis ac Comitum Hennebergici, fuit usu & effectu celebris, sæpius enim Beatissimus Comes cum selecto Aulicorum syrmate hoc fuit usus fonte, ibique prandium commorando sumfisse dicitur, ab eo tempore ad nostra usque, ratione effectus, proficuis fuit fons in INAPPETENTIA VENTRICVLI, LANGVORE VNIVERSALI & CALORE QVOVIS FEBRILI, ut vero eius proprietates specialius patefiant, exterius & interius sequentibus consideretur.

§. 17. Signa igitur bonitatis sive naturalis salubritatis generalia, sub §. 13. denotata, excellentiori in gradu præ reliquis fons fovet noster, siquidem cæteris levior, purior, ratione saporis iucundior, præcordia non gravat, sed levi tramite absque ventriculi molestia transit, nullum patitur in se limum, muscum, iuncos, neque alias sordes, sed sua vivâ vi spiritali suscitât crescentia optimæ virtutis vegetabilia, præprimis vero ROREM SOLIS, herbam fœcunditatis, roborantem & aperientem viscera egregiam, diutius asservatus fons non fit insipidus, neque squalidus, lapideam suam materiam in terræ utero relinquit & deponit omnem, unde sabulum & saxa maiora inibi coagulantur, profluitque ex monte saxoso fons absque tartaro purissimus, qui secundum Physicorum effatum præ omnibus statuitur saluberrimus, si nempe per arenam duriorumque lapidum sabulum transit; omnesque

Applique  
 A. C. D.  
 M. R. O. N. G.  
 S. P. E. C. I. A. L. I.  
 O. D. M. U. S.  
 M. I. S. S. I. S.  
 A. D. V. E. R. I.  
 O. M. N. I. A.  
 S. U. M. M. A.

Cochione huius fontis capi